



1. Buddei s. Joh. Franc. diff.
de Temperamentis hominum.
Hale 1709.


2. Commentatio qua inter
pseudodidascalon Charac-
teres in Epist. ad Coloss.
Cap. 2. vers. 18 religiosus
Angelorum cultus expon-
ditur. Halle 1728

3. Hymnus Angelicus novi
foederis. Halle 1738

4. von Cinen s. Joh. Just. deo fray-
menta Martini Lutheri
ad Reuchlinum et Eras'mum
Helmstet 1730.
5. Fabritij s. Joh. Ludov. medida-
tionei circa Uciam Scien-
tia tum Fizine et Humanis
Hewelb. 1663.
6. de Goebel s. Joh. Wilh. s. diff.
de certamine in Michalem
Archangelum et Michaelum
de Corpore Mosis, Helmst.
7. Hildebrandi s. Joach. diff.
de Lachrymis Christi
Helmst. 1738.
8. Hoffmanni s. Jan. diff. de
Deo et de Christo Marcell.
Wh. Cappelij. cum 10 Epitolis
9. Iesu Christus dogmatica de
mortuorum ad vitam redditu
vindex et restitutor, Helmst.
10. Majori s. Joh. Zerk. s. diff. de Sarclo
et Capi. Idolorum, Helmst.
1726.

11. Mosheim. Joh. Laur. s. diff. de
blasphemia in spiritum S. gra,
viffina, Hclnffl. 1738.
12. ————— diff. de preeflantia
Amoris pre cognitione.
Hclnffl. 1738.
13. ————— diff. de Divortio
Hclnffl. 1737.
14. ————— diff. de spiritu
prophetico de Christo testan-
te. Apoc. XIX. v. 10. Hclnffl.
15. ————— diff. de illis qui
prophete vocantur in novo
foedore. Hclnffl. 1732.
16. ————— diff. de officio
Christiani circa defensionem
uite alienae ex proverbi.
XXIV. v. II. 12. Hclnffl.
1738

17. Morheim s. Joh. Laur. f. diff. de
Salute & infangentum Mortalium
et prægängorum Helmst. 1733.
18. Münden q. s. Chro. f. diff. de dedi-
catione Evangelij S. Lukas
Helmst. 1728.
19. Musaei s. Joh. f. diff. de fide
jude 1652.
20. Myly s. Georgij f. diff. ex
1. Cap. Epist. ad Romanos.
jude 1540.
21. Stunnius s. Aegidij f. thesi.
Huberianismo oppositio
Wittenb. 1547.
22. Niemeijer s. Joh. Barth. f. Difsera-
tio in X. de c. en jingis Helmst. 1699
et Capibas prohibitis)
- 23.



100-2
HISTORIA PEGITRINA
TEMPI PRAEAMBULIS
HOMINUM
in sequenti continet
RECITORE MAGNIFICENTISSIMO
emendatoe et correcto
DU FREDERICO MATHIAS
DU LUDVICO BADDZO

18

DISSE
SERTATIO EXEGETICA
PRIOR
DE
DEDICATIONE
EVANGELII S. LVCAE
CAP. I. 1-4.

QVAM
PRAESIDE
CHRISTIANO MVNDENIO
S. S. THEOLOG. DOCT. EIVSDEMQUE
P.P.O.

IN IVLEO MAIORI
DIE XVII APRILIS c*15*0*cc*XXVIII.
PUBLICAE ΣΤΖΗΘΣΕΙ EXPONET
AVCTOR RESPONSVRS
IVLIVS CAROLVS SCHLAEGER
HANNOVER.
S. S. THEOL. STVD.

*HELM*AESTADII
TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII
ACAD. TYPOGR.



ILLVSTRISSIMO AC EXCELLENTISSIMO
DOMINO
RVDOLPHO IOANNI
LIB. BAR.
DE WRISBERG
AVGVSTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE
FRANCIAE ET HYBERNIAE REGIS
FIDEI DEFENSORIS
BRVNSVICENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM DVCIS
S. R. I. ARCHITHESAVRARI ET ELECTORIS
ACADEMIAE IVLIAE HODIE DIRECTORIS
MAGNIFICENTISSIMI
STATVS MINISTRO ET
CONSILIARIO INTIMO
HAEREDITARIO IN WRISBERG-HOLTENSEN, BRVNCKENSEN,
WESTLVM ET BRVNINGHAVSEN

REL.



*DOMINO SVO GRATIOSISSIMO
MAECENATI MAXIMO
HASCE
STUDIORVM SVORVM
PRIMITIAS*

*SUBIECTISSIMO ANIMO
SACRAS ESSE VOLVIT*

IVLIVS CAROLVS SCHLAEGER.

DISC 5 (20)

DISSERTATIONIS PRIORIS

DE

DEDICATIONE
EVANGELII S. LVCAE

Cap. I. I-4.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Initium euangelii LVCAE, quod ab harmoniae euangelistarum scriptoribus historiae euangeliæ præfigitur, a b. CALIXTO autem in harmonia est prætermisum, recte appellari potest dedicatio. §. I. Dedications apud Graecos eo tempore iam in usu fuisse, probatur §. II. Textus euangelici analysis, et instituti ratio exponitur §. III. De THEOPHILO quinam scripsierint, et quae disputentur, §. IV. et primum quidem circa nomen Theophili quaenam notanda sint momenta, indicatur §. V. Nempe quid significet, §. VI. Vtrum b. l. sit appellatum, an proprium, §. VII. vtrum verum, an fictitium, §. VIII. Deinde ti-

tulum KRATIΣΤΟΣ etiam b. l. titulum dignitatis esse, probatur §. IX. Denique in statum et conditionem huius Theophili inquiritur §. X. et in primis quaestio ventilatur: an Theophilus hic Iudeus fuerit, Iudeorumque pontifex Hierosolymitanus, §. XI. an Iudeus ALEXANDRINUS §. XII. An vera gentilis, ac Romanus praefectus, vel Antiochenus in Syria, vel ALEXANDRINUS in Aegypto. §. XIII. An superstitioni gentilium adhuc addictus, vel ad christianam religionem iam conuersus fuerit. §. XIV. quare LVCA S huic Theophilo euangelium suum inscripsit. §. XV. Epilogus huius prioris dissertationis. §. XVI.

§. I.

INITIUM euangelii LVCAE, quod quatuor prioribus commatibus capituli primi continetur, vulgo prooemii, vel praeloquii, aut exordii nomine venit, et a scriptoribus harmonicis ad uniuersam historiam euangelicam, ex quatuor euangelistis contextam, praefationis in-

star accommodatur. a) Si quis vero verba **L V C A E** paulo penitus inspexerit, euangelio ipsius initium hoc soli conuenire, et ad ipsam historiam euangelicam quadantenus tantum applicari posse, ex circumstantiis a **L V C A** commemoratis, euidenter satis cognoscet. Eaque de causa b) **G E O R G . C A L I X T V M** in *concordia IV. euangelicorum scriptorum*, in qua omnes IV. euangelistas in vnum corpus et vnam continuam historicam relationem coniungere voluit, hanc pericopen praetermisiffē nulli dubitamus. In prolegomenis c) enim diserte monuit, solum **L V C A M** libro suo praefationem praemisisse, eumque Theophilo inscrispsisse. Nec satis commode initium hoc, euangelio **L V C A E** proprium, prooemium vel *praeloquium* dici posse videtur, cum non ad lectorem quemcunque, sed ad certum aliquem virum verba directe spectent, et singularis etiam causa adducatur, quare hoc euangelium illi inscriptum sit. Voce ergo magis congrua ut vtamur, *dedicationem euangelio L V C A E* prefixam esse, cum **S A L . V A N**

TIL

-
- a) Conf. IO. GE. DORSCHEI comm. in IV. euang. p. 580.
cuius verba sunt: *Hic est prologus, quem, qui harmonias scribunt, omnibus euangelii aliis praefigunt, quia continentur in eo omnes causae, quae ad euangelium pertinent: efficiens et directiva v. 2. materialis. v. 1. formalis v. 3. finalis v. 4. Et RUPERTI ERYTHROPILI, viri de ecclesia Hannouera- na immortaliter meriti catenae aureae in harm. euang. tom. I. p. I.*
- b) Immerito **L V C A E** praefationem a **CALIXTO** omis-
sam esse, notat **CALOVIVS** in *harmon. euang. fol. 18.*
et cel. **R V S S I V S** in *harmon. euang. p. 2.* non apparere scri-
bit, cur **CALIXT V S** hanc **L V C A E** pericopen silentio prorsus praeterierit. Quisquis vero instituti Calixtini rationem
considerauerit, **CALIXT V M** ratione non desitutum fuisse
animaduertet.
- c) pag. 3.

TIL d) afferere liceat, quam etiam epistolam nuncupatoriam cum 10. LIGHTFOOTO, e) vel, si mauis, προσφωντικὸν ἔγομεν recte dixeris. Et sāne praeter CALIXTVM iam citatum, historiae ecclesiasticae conditores Magdeburgici, f) CAVEVS, g) THOM. ITTIGIVS, h) 10. GEORG. WALCHIVS i) aliquie, k) LVCAM vtrumque scriptum, et euangelium, et acta apostolorum, Theophilo inscripsisse, nuncupasse, et dedicasse fatentur.

§. II.

Nec mirum cuiquam videri debet, quod LVCAS scripta sua viro cuidam dedicauerit. Etsi enim apud Hebraeos morem dedicandi libros eo tempore receptum fuisse, non satis conser: apud Graecos tamen eundem iam dudum ante natum redemptorem generis humani inualuisse, HESIODVS, qui ἔγεια καὶ ἡμέρας Perse, ARISTOTELES, qui rhetorica, et librum de mundo I) Alexandro M., atque ethica Nicomacho et Eudemo, THEOPHRASTVS, qui ἡθικὴ Χαρακτῆρας Polycli inscripsit, et alii abunde testatum faciunt. Quid? quod CHRYSIPPO, philosopho stoicae sectae adicto, qui circa Olympiadē CXLIII. floruit, id vitio veratur

tatur

- d) In opere analyt. tom. II. p. 429.
- e) Opp. tom. I. f. 247.
- f) Cent. I. lib. 2. cap. X. f. 621. qui tamen actiorum apostolicorum tantum mentionem faciunt, euangelio perperam omisso.
- g) In antiquit. apost. p. 636.
- h) In hist. eccl. saec. I. p. 477.
- i) In disert. de dedicationibus librorum veterum Latinorum, selectoribus epistolis et praefationibus CHRISTOPHORI CELLARII praemissa p. 24.
- k) Vid. AVGUSTINI MARLORATI catholicam N. T. expositionem in h. l.
- l) Conf. vener. I. A. FABRICII, Patroni mei maxime colendi biblioth. Graec. libr. III. c. 6. p. 124.

tatur ad IOGENE LAERTIO, m) quod cum quinque supra septingentos libellos conscriperit, a ritu vulgari decesserit, et nulla vnuquam dedicatione vius sit. Ita enim scribit: Δοκεῖ δὲ ὑπερόπτης τις γεγονέα. Τοσαῦτα γοῦ συγγράψας, ὅδεν τῷ βατιλέων προσπεφώνει. i. e. Videtur tamen aspernator inmodice fuisse, quod quum tam multa scriperit, nulli vnuquam regi quicquam adscripsit. In literis vero Graecorum cum optime versatus fuerit LVCAS, quippe quem τὸν ἔξω σφίαν πολὺν, magnum in externa philosophia fuisse, recte affirmat THEOPHYLACTVS, Graecorum consuetudinem dedicandi libros eo facilius est insecurus, quo grauior ipsi caufa dedicationis fuit.

§. III.

Atque hanc dedicationem LVCAE, diuina, quam piis precibus a benignissimo numine efflagito, gratia annuente et opitulante, pro ingenii mei modulo explicaturus, ut specimen qualemque studiorum meorum exhibeam, eodem, quo summe venerandus PRAESES in collegio biblico texatum hunc euangelicum exposuit, ordine procedam. Primo loco considerandus est vir ille, cui euangelium hoc inscriptum, quemue LVCAS ita compellat: κατέτε θεόφιλε. Tum argumentum ipsius dedicationis est perpendendum, quod vt rite pertractemus, tria nobis ponderanda veniunt momenta. Commate enim primo et secundo indicatur occasio, qua LVCAS ad scribendum hoc euangelium perductus fit, desumpta ab exemplo τῶν πολλῶν, qui suam in eodem studio iam posuerint industriam: porro ipsius scriptoris sacri institutum v. 3. exponitur, quae ratione aliorum exemplum fit imitatus: et denique finis, quem scriptor sacer sibi praefixum habuit, specialis innuitur v. 4. Quae vt dilucide demonstrentur omnia, duas tractationis meae

m) In vita huius Chrysippi p. 554. edit. Casaubon.

meae partes constituam. In priore ea persequar, quae de Theophilo hoc ab eruditis philologis et theologis interpretibus disputantur: in posteriore autem verba scriptoris sacri mihi explicanda sumam, et dabo operam sedulo, ut ex regulis bonaे interpretationis verus ac genuinus eorundem sensus patescat.

§. IV.

Primum nobis inquirendum est, quis et qualis fuerit THEOPHILVS, quem LVCAS hisce alloquitur verbis: *νεα-
τιστε Θεοφίλῳ*. Evidenter HEIDEGGERVM (n) audacioris accusat sententiae cel. HEVMANNVS, (o) ac si simpliciter affirmasset, quis et cuias fuerit hic Theophilus, incertum esse, nec scire referre. Sed mitius de HEIDEGGERO sentier, qui considerauerit, iis, quae quidem de hoc Theophilo cognosci possunt certe, praenissis, eundem id, quod incertum est, Romanus scilicet, Antiochenus, an alias quispiam fuerit, ad ea tantum retulisse, quae scire parum refert. Et quis in eam iret sententiam, ut ea, quae in sacrī monumentis exstant, scire non reserre statueret, quantumvis non plānum, nec plene cognitum nobis sit, quaenam eorum fuerit ratio? Indagandum potius est, et, quoad eius fieri potest, perquirendum, quicquid in sacrī literis nobis contemplandum sifistitur. Quo nomine laudanda merito est eorum opera, qui integras de hoc Theophilo conscripsérunt dissertationes, videlicet 10. ADAMVS OSIANDE, p) 10. GOTTLIEB STOLTZIVS, q) GOTTLIEB SCHELGVIGIVS, r)

B

CHRIST-

n) Vid. eius enchirid. bibl. libr. III. c. 4. §. 5. p. 489. edit. Ienens.

o) In dissert. mox citanda. p) Disp. de Theophilo *νεατίσῳ* hab. Tubing. 1659. q) Disp. Witteb. 1693. hab. sub titulo: *Vindictae Theophili euangelici*; quea disputatio etiam inserta est thesauro dispp. philolog. Amstel. edit. tom. II. f. 282. r) Disp. Gedani 1711. hab. Tres hasce dissertationes a summe venerando 10. CHRISTOPHI WOLFIO, viro omni laude mea maiori, in curis criticis et philologicis in IV. euang. p. 551. citatas inueni; primam vero et tertiam mihi nondum inspicere licuit.

CHRISTOPH. AUG. HEYMANNVS. s) et HASAEI, THEODORVS ac IACOBVS. t) Sed vt ea, quae in disceptatione inveniunt, paucis complectantur, primo nomen, deinde titulum, et denique statum ac conditionem huius Theophili singularium consideratur sumus.

§. V.

Circa nomen ΘΕΟΦΙΛΟΣ quaeri potest: (1) quid significet: (2) utrum hoc loco sit nomen appellativum, et quemuis pium lectorem denotet; an vero certo cuidam viro proprium fuerit: et, (3) si proprium fuerit, de quo ne dubitare quidem licet, verumne fuerit nomen, certo cuidam viro a parentibus impositum; an vero fictum, ut Theophilus hic ψευδωνύμος sit accensendus.

§. VI.

Vox ΘΕΟΦΙΛΟΣ vi significationis duarum vocum, ex quibus composita est, *Dei amicum* denotat, et quidem Deum amore debito prosequentem. Etenim cum ea sit graecae linguae indoles, id quod ex reliquis eiusdem compositionis vocibus e. gr. ἀδεόφιλος, ἀρηφίλος, πανόφιλος, χειρόφιλος etc. neminem, nisi graecarum literarum prorsus expertem, fugere potest, ut prius nomen obiectum amoris designet; alia in hac compositione vocis ΘΕΟΦΙΛΟΣ non est admittenda significatio; praesertim cum Graeci alia non careant voce, qua eum designant, quem Deus amore suo dignatur. Hic enim ipsis dicitur Θεοφίλης, de qua voce conferri merentur, quae celeb. MAIVS v) collegit, de iis differens, qui quondam amici Dei sunt appellati. CLEMENTIS ALEXANDRINI

s) In programmate quodam, orationibus valedictoriis praemissio Goettingae 1720. d. 24. Sept. quod deinceps recusum est in bibl. Bremens. class. IV. p. 483. t) In bibl. Bremens. class. IV. p. 506. et p. 1048.

v) In obseruat. sacr. libr. I. c. 38. p. 103. lqq.

DRINI testimonium dignum est utique, quod ex eo heic
repetatur: ὁ Θεοπεπτής μένος Θεοφίλης. Sic nomen Θεοφίλης
a voce Θεοφίλος scite distinguit PHILO, x) cui Moës et
Φιλόθεος dicitur, et Θεοφίλης. Φιλόθεος vero idem significat,
quod Θεόφιλος; id quod ex 2 Tim. III. 4. luculenter con-
stat, vbi φιλήσαντοι et φιλόθεοι sibi iniucem opponuntur.
Quamquam igitur cum AMBROSIO y) vocem Θεόφιλος
vertere nolimus eum, quem Deus diligit; hanc tamen si-
gnificationem ideo prorsus remouendam esse non arbitra-
murm, cum amor Dei erga nos, nostrum amorem in Deum,
et praecedat, et sequatur. Qui Deum serio et rite diligit,
is sane vti dilectus est a Deo ante saecula, ita dilectionis
diuinæ fructus in dies persentificit. Nec inepte cum no-
mine Theophili comparatur Iudeorum Iedidia, z) nomen
Salomonis primum a Nathane impositum, a) et Germanorū
Gottlieb. Vtroque nomine vsus est R. Iedidia filius
Abrahāmi, vel Israēlis Lembergensis, qui semetipsum voca-
vit בְּנֵי יִשְׂרָאֵל vel יְדִידָה הַמְבָנָה גַּתְּלִיפָּתָן Iedidia cognomine
Gottlieb. b) Vtrumque enim nomen, et hebraicum, et ver-
naculum, Θεοφίλον a Deo amatum, potius significat, quam
Θεόφιλον, Dei amatorem. Sed ex supra dictis iam constat,
Deo qui carus esse velit, eum quoque amore numinis fla-
grare oportere, vt vere sit אֹוֹחֶב טֻוב, amans bonum, c) Bo-
num

B 2

-
- x) Sub initium libr. III. de vita Mosis f. 514. edit. Geneuenf. Verba
PHILONIS sunt: Τοιγασσῆν μετ' ὀλίγων ἄλλων φιλόθεος τε καὶ
Θεοφίλης ἐγένετο.
- y) Cuius verba s. q. adducuntur.
- z) Conf. IO. LIGHTFOOTVS loc. cit. fol. 248.
- a) I. Sam. XII. 25.
- b) Conf. obseru. cel. THEOD. HASAEI in biblioth. Breimenf. class. IV. p. 513. not. (b), qui ex catalogo bibliothecae Vffenbachianae
titulum R. Iedidiae adduxit.
- c) Nomen טֻוב vel גַּתְּלִיפָּתָן Iudeos interpretari per

e

• 12 (20)

num scilicet, quo maius, quo praestantius non datur, DEVMT
OPTIMVM MAXIMVM.

§. VII.

Significatione nominis Θεόφιλος indicata, ad usum illius iam est progrediendum, ac disciendum, utrum hoc nomen sit nomen appellativum, an vero proprium. Appellativum id esse statuunt ORIGENES, AMBROSIUS et SALVIANVS, sed diversa iterum ratione. ORIGENES enim, et AMBROSIUS quemuis pius lectorem intelligi volunt. Iste in homilia prima in euangelium LVCAE dicit ali quem putare non diffitetur, quod ad Theophilum quempiam LUCAS euangelium scriperit: tum vero auditores ita alloquuntur: *Omnes, qui nos auditis loquentes, si tales fueritis, ut diligamini a Deo, et vos Theophili esatis, et ad vos euangelium scribitur.* Hic in explanatione prooemiali in euangelium LVCAE: *Scriptum est, inquit, euangelium ad Theophilum, hoc est, ad eum, quem Deus diligit.* Si Deum diligis, ad te scriptum est. Quibus suffragatur BEDA: *Quis quis, inquiens, Dei amator est, ad se scriptum credat, suaque sic animae, quia Lucas medicus scripsit, salutem inueniat:* et ex recentioribus LVC. OSIANDER, qui mentem LVCAE hisce verbis exponit: *Id feci in gratiam tuam, pie lector, qui Deum diligis.* (sunt enim omnes veri Christiani Theophili): nec non CAMERO, qui ad h. l. diserte scribit: *Non videtur haec esse προφάνησις certi cuiusdem hominis, cuius nomen proprium fuerit Theophilus: sed eorum omnium, qui christiana religionis sacris fuerant iniciati. Nec debet id insolens videri, ita pergit CAMERO, cum simili προφάνησις*

et tamen pro cognomine προφάνησις habere, cognosci potest ex summe venerabilis IO. CHRISTOPH. WOLFI biblioth. Hebraic. P. I. p. 32.

Opp. cura GILBERTI GENEBRARDI latine edit. Paris. 1604.
P. II. f. 134.

Quoniam enim uetus sit Athanasius, in libris de incarnatione quemlibet hominem vere christianum μακάριον vocans, et φιλό-χριστον. Nihil tamen se affirmare subiungit. e) SALVIANVS autem per nomen Theophili ipsum amorem Dei intelligit. In epistola enim ad Salonium, libris ad ecclesiam catholica-
cam praemissa, rationem indicaturus, quare iis non proprium, sed Timothei nomen praefigat, ad LVCAE prouocat exemplum, qui, ut ipse quidem sentit, in utroque diuini operis exordio, Theophili nomen inseribens, cum ad hominem scripsisse videatur, ad amorem Dei scripsit, hoc scilicet dignissimum esse iudicans, ut ad ipsum affectum Dei scripta dirigeret, a quo ad scribendum impulsus esset, et eundem mentibus legentium imprimiceret. Hanc vero senten-
tiam a litera prouersus alienam esse agnoscit CORNELIUS a LAPIDE, f) cum nomen Theophili non abstractum sit, sed concretum, ac proinde non Dei amorem, sed Dei amantem significet. Alii rem in medio relinquendam esse censem, quos inter EPIPHANIUS g) primum locum tenet, ita scribens: Εἰτ' ἐν τῷ Θεοφίλῳ τοτὲ γέροφων ἐλεγεν, ή πάντι ἀν-

B 3

Θεοφίλῳ

- c) Vid. criticorum facrorum tom. IV. edit. Francof. f. 1147. et BALD. WALAEI Nou. Test. libr. histor. p. 503. VVALAEO au-
tem CAMERONIS verba minus recte tribuit PETRVS SIGISM.
PAPENIVS in lexic. N. T. p. 1136. eorum approbans sententiam,
qui nomen Theophili pro appellativo habent. Et in eorum quoque
numerum GLASSIVM refert STOLTZIVS, eundemque refu-
tare conatur in thes. disppi. phil. f. 285. Sed GLASSII exegesis
edit. Norimb. in fol. 1664. f. 938. si quis enoluerit, STOL-
TZIVM Andabatarum more pugnare perspiciet. GLASSIVS
enim diserte ait: *Vtrunque librum LVCAS Theophilum cuidam
inserbit: et tantum addit: quia vtrunque Lucae scriptum in
canonicæ auctoritatis fastigium DEO sic volente affutum fuit,
et iuridem prouidentia factum esse, non incerta conjectura dicitur,
quod vir ille οὐετίσος tale nomen gerat, quod cuius credenti
competit.* Ecquis vero hanc conjecturam in dubium vocaret?
- f) In comm. in act. Apost. f. 37. g) Haeret. LI. f. 429.

Propter d^ec^om^{it}at^{io}nem. Et hunc potissimum HAMMONDVS h)
 sequitur, qui incertum esse arbitratur, an hoc nomen fuerit alicuius viri proprium, an vero fictitium, ad quemlibet
 christianum Dei amantem significandum, quem LVCAS al-
 loquatur. In posteriore tamen sententiam propendere
 videtur, quia non solum SALVIANI auctoritatem adducit,
 sed et ATHANASI exemplum, a CAMERONE iam citatum. Et
 HAMMONDO quidem id vitio verit celeb. HEVMANNVS, i)
 quod doctiore hoc saeculo tam imbecillem sententiam sequi
 non timuerit, et ERASMI auctoritatem ei oculos praestrin-
 xisse opinatur. ERASMVS autem, cuius verba celeb. HEV-
 MANNVS ipsemet adducit, contrariam plane sententiam
 ingenue profitetur: k) Theophilus, inquiens, sonat amans
 Dei, siue gratus Deo, quod utrum proprium sit nomen, an epi-
 theton pii lectoris, alii dispurent. Ego proprium hominis
 vocabulum esse puto. In paraphrasi l) quidem sua, dum
 euangelistam ita loquentem siffit: Haec ordine digere-
 mus, non quod arbitrer, haec tibi noua futura, optime Theo-
 phile; sed partim, ut ordine recognoscas, quae partim ab aliis
 didicisti, partim ut certiore fide percipias etc. postea ita
 pergit: Neque tu solum, (neque enim haec vni scribimus)
 verum etiam omnes, vel huius aetatis, vel posteri, qui hoc
 sunt, aut futuri sunt, quod tu nomine diceris, hoc est, omnes
 Theophili, qui satanae renunciantes, prompta credulitate
 piisque studiis ambiunt amicitiam Dei etc. Theophilus no-
 men h. l. appellatiuum esse, affirmasse videri potest. Ecquis
 vero non perspicit, optimum ERASMV M sensum literalem
 cum applicatione morali apte recteque coniunxisse. No-
 men itaque Theophili esse h. l. proprium CHRYSOSTO-
 MVS, THEOPHYLACTVS, OECVMENIVS, EVTHYMIVS,
 AVGVSTINVS, et alii dudum agnouerunt, et interpretes
 recen-

h) In notis ad Nov. T. edit. CLERIC. f. 273.

i) In bibl. Brem. l. c. p. 486.

k) In annot. ad N. T. p. 315. editionis primae. l) pag. 20. 21.

recentiores tantum non omnes ll) consentiunt. Nec est, quod quispiam de eo amplius dubitet. Nomen enim Theophili ea aetate proprium, et visitatissimum fuisse, vener. FABRICIUS, m) HEVMANNVS, n) et HASAEVS, o) ingenti Theophilorum numero adducto, satis probatum dederunt; et SCHELGVIGIVS pluribus illustrabit, quando Theophilorum historiam p) dudum promissam in lucem publicam edet. Accedit alterum argumentum, quod iudice D. A. HEINSIO q) litem hanc vel soluni dirimit, de sumtum ab addito τῷ κατίστατο τίτλῳ, quo sane epitheto LVCAS non visurus fuisse, nisi illo certum aliquem virum designare, et a caeteris distinguere voluisse. ORIGENES quidem r) hunc quoque titulum ad quemvis christianum trahit: *Si quis, inquietus, Theophilus est, iste optimus et fortissimus est, hoc quippe significantius graeco sermone dicitur κράτισος.* Nemo Theophilus infirmus est. Id quod deinceps Iraclitarum exemplo illustrat, in quorum tribubus nemo infir-

-
- ll) Ex infinito eorum numero in praesenti tantum adducere libet M. BAL TASARIS SCHEIDII disputationes graecas philologicas in acad. Regiomont. 1641. habitas. Hic in diss. prima §. 12. mentem suam ita exponit: *κράτισος ὁ λουκᾶς τὸ βιβλίον τοῦ πρεστεφώνησε τῷ Θεοφίλῳ, καὶ τινος (malum tui) καὶ εἰπεοστηγορευμῶν πάντων θεοτεβῶν οὐόμετοι.*
 - m) In biblioth. Graec. Libr. V. c. I. §. 20. p. 94. sqq. et p. 337. in addendis adducitur etiam *κράτισος Θεοφίλος*, quem Methodius alloquitur apud EPIPHANIVM t. I. p. 540. 560. 590.
 - n) In bibl. Brem. I. c. p. 488. o) ibid. p. 507. et p. 1074.
 - p) Teste summe venerando WOLFIO in curis crit. et philolog. I. c. Vberioreum Theophilorum historiam quoque promisso quondam HVMFREDVM HODIVM, sed viuis iam eruptum, promissi suis nos stetisse, monet THEOD. HASAEVS in bibl. Brem. I. c. p. 513. ac SCHELGVIGIVM rogar publice, ut fidem suam quam primum liberet.
 - q) In exercit. sacris libr. III. c. I. p. 134.
 - r) Hom. I. in Luc. iama supra citata.

16

infirmus sive dicitur, cum ex Aegypto egredierentur. At enim vero voce *νεάτως* non tam robur et fortitudinem, quam quidem dignitatem et praecellentiam significari, in sequentibus probabitur. Sed instas, absconum videri, quod euangelista unum compellet hominem, *quum potius officium eius fuerit, publico tubae clangore omnes simul vocare ad fidem*, et doctrina non vniuers vel alterius propria sit, sed omnium communis. Ad hanc obiectionem dilucidam BUCERVS iam recte respondit: (1) nullam hac ex parte timendum esse absurditatem, cum PAVLI doctrina ad omnes pertineat, quamquam alias epistolas ad certas urbes, alias ad certos homines dederit: (2) eam sive temporum illorum conditionem, ut de certo quodam viro sollicitus esse debuerit LVCAS, cui euangelium suum asseruandum traderet. Sed de hoc etiam in sequentibus dabitur differendi occasio. Epistolarum quidem et historiae euangelicae disparem esse rationem, opinatur CAMERO; omnis tamen disparitas euane-
scit, si eundem historiae euangelicae, a LVCAS Spiritus S. instinctu scriptae, scopum esse memineris, quem caeteri viri *Θεοπνευστι* in suis sibi propositum habuerunt epistolis. Nec tertium et quartum silentio praetereundum est argumentum, quod a CHRISTOPHORO ALTHOFERO^{s)} primo et tertio loco ponitur. Ipsomet enim LVCAS se ad certum hominem scribere indicat, v. 4. qui eruditus et viua voce institutus fuerit. Et Act. I. 1. Theophilum rursus appellat, sequitur euangelium ad eum scripsisse declarat. Ultimum tandem argumentum desumimus ab auctoritate Syri interpre-
tis, qui utroque loco nomen Theophili, tanquam proprium, retinuit.

§. IIX.

Iam quod attinet ad eos, qui nomen Theophili certum quidem designare virum concedunt, eundem vero
no. 1

s) In harmon. euangeli emedullata, p. 3.

non proprio suo nomine, sed *ψευδώνυμος*, Theophilum appellari statuunt; primum fatendum mihi est cum cel. HEVMANNO, t) neminem, qui hanc sententiam tueatur, cognitum esse, atque CASP. SANCTIVM V) solum aliquos hanc sententiam fuisse, affirmare. Et argumenta quidem pro hac sententia astruenda cel. HEVMANNVS exornat, maioremque illis veri speciem attribuit. Plures enim ait illis temporibus fuisse Nicodemos, qui ob praesentissimum vitae periculum nomen suum inter christianos prosteri noluerint: PAVLVM Phil. IV. 22. aulicorum Neronis, christiana religioni additorum, nomina ideo non expressisse, ne fratres infirmos periculo obiiceret: et denique nomen *Electae* etiam a nonnullis pro facto haberi nomine, quibus apostolus IOANNES primariae feminae nomen consulto subtraxisse videtur. Sed parum roboris hisce argumentis inesse sentiet, qui eadem diligentius excusserit. Et cel. HEVMANNVS ipsemet argumenta in medium proleta reiecturus, potissimum vrget, vana tantum modo hanc sententiam nisi conjectura. Vrgendum tamen quam maxime mihi videtur, LVCAM, infirmi fratris saluti ut consuleret temporali, neutiquam eum *ἐν ὀλγωσίᾳ* fuisse relicturum, nedum confirmaturum. Nonne ex seruatoris mandato Theophilum incitare debuisset, Christo ut publice nomen suum daret? Christianis quidem *latebrosaē ac lucifugae nationis* nomen inditum est a paganis; non autem ob facta nomina, sed ob conuentus clandestinos, id quod BINGHAMIVS X) recte monet. Et quid? si Theophili nomen, quod tamen eo tempore *vfiltrissimum* fuit, pro facto habendum esset, nonne derisoribus veritatis coelestis ansa daretur?

C

tur

v) In bibl. Brem. l. c. pag. 487.

v) In comment. in act. I. I.

x) In antiquit. eccl. tom. I. p. 25. ex versione Grischoniana: cuius haec sunt verba: *Ratio huius scurrilis denominationis unica erat, quod ad devitandum persecutorum suorum fuorem conuentus suos religiosos noctu agere necesse habebant.*

tur, alia quoque nomina in fictitia commutandi; et nescio quas personas fingendi? Alterum argumentum a praesenti materia proflus est alienum. Non enim falsis nominibus vtitur PAVLVS, sed silentio tantum eorum nomina tegit, qui ex Caesaris familia christiani facti erant, quod variis de caussis fieri potuit. y) Tertium argumentum cel. HEYMANNVS ipse destruit, quia Electae nomen in Ioanea epistola tunc temporis non pro ficto, sed proprio nomine habuit, quam tamen sententiam postea mutauit. Post quam enim in diff. de Theophilo affirmauerat, nomen Electae esse proprium; postea in verbis ἐπλέκτη κυρία, posteriore vocem cum litera initiali maiuscula esse scribendam, et feminam a Deo electam, proprio nomine appellatam fuisse κυρία, scilicet Cyriam, assertum iuit. z) Hinc verba 10-
ANNIS: ἐπλέκτη κυρία hunc in modum reddenda esse statuit: Electae a Domino Cyriae. Sed quicquid hac de femina statuant nobis in praelenti sufficit, quod ex illo loco pro nomine Theophilii fictitio nullum defumi possit argumentum. Stat itaque sententia, nomen Theophilii a LVCA usurpatum, neque appellativum esse, neque fictitium; sed certo alicui viro, ea aetate satis cognito, proprium. Ita quoque argumentatur vener. WOLFIUS, a) VII. παλιμψεταριον si nomen, inquiens, vel appellativum, vel fictum fuisset, non additurus Lucas erat elogium κατιστος, nec nomen ipsum duobus in locis repetiturus.

§. IX.

Ad elogium, sive titulum κατιστος nunc deneminus, quo LUCAS Theophilum hunc insigniuit. In significatio-

y) Varias variorum sententias de Ios. en. τῆς καταστος οἰκιας colligit THOM. CRENIVS in animadu. philolog. part. X. p. 243. sqq.

z) In progr. de Cyria sancta S. IOANNIS amica, Goettingae 1726. impresso.

a) In curis criticis et philologicis p. 55.

tione huius vocis definienda interpres in duas abeunt sententias. Aliis enim est titulus honoris, aliis tantum modo indicium amoris. Posterioris sententiae patrum verba LVCÆ, ηεατισε Θεοφίλε, cum Vulgato, ERASMO, VATABLO vertunt optime Theophile, quibus optimus LVTHE-RVS noster accessit, ita vertens: Mein guter Theophile. Et RICH. SIMON b) optime vocem hanc verti posse contendit per tres bon, vel tres vertueux. Priorem vero sententiam qui amplectuntur, cum BEZA, FLACIO, PAGNI-NO et TREMELLIO vertunt præstantissimum. Ita etiam interpres Anglus reddidit most-excellent; Gallus tres excellēt; et in glossa bibliorum, quae cura SAM. de MARETS patris, et HENR. de MARETS, filii Amst. 1669. fol. apud Elzeviorum excusa sunt, vertitur tres-puissant. Atque hanc ipsam sententiam quamplurimi adoptarunt theologi ac philologi, et cel. HEVMANNVS c) pro ea, qua pollet, eruditione stabiliuit. Alteram tamen sententiam non deserendam esse contendunt, qui cum CAMERONE epitheton ηεάτισος, quamvis viris in dignitate constitutis tribuantur, non magis hic dignitatis notam esse statuunt, quam apud Latinos scriptores nomen adiectuum optimus, quo et magnates insigniuntur. Quod si enim, inquit CAMERO, ηεάτισος dignitatis titulus fuisset, non est credibile, voluisse Lucam act. I. i. illum omittere. d) Et sibi quidem dubium adhuc videri fatetur vener. w o L- FIVS, e) utra interpretatio alteri sit præferenda; imo haud obscure indicat, posteriorem sibi præferendam videri priori sententiae. Nam ex ipso titulo ηεάτισος aequae in proclui esse arbitratur statuere, LVCAM ηεάτισον dixisse Theophilum ad significandum amorem in eum, quam

b) In notis ad vers. Gall.

c) In bibl. Brem. I. c. p. 492.

d) Conf. critic. sacr. et VVALAEVS locis supra citatis. Idem repetit CAROLVS MARIA du VEIL in comm. in acta apost. Londoni 1685. ed. in 8. p. 3.

e) l. cit.

cultum, quo in dignitatem eius feratur. Idque ex eo non parum confirmari posse sibi persuadet, quod elogium illud act. I. i. omittitur. Sed nullus dubito eorum sententiae adi- cere calculum, qui dignitatem et eminentiam hac voce indi- cari affirmant. Nam deriuationem huius tituli grammaticam si suspectes, a nomine *κράτος*, quod potentiam, robur, et metony- mico *imperium*, et *victoriam* denotat, illam recte deducunt lexicographi. Hinc vocem *κράτιστος ΗΕΣΥΧΙΟΣ* per *ἰκυ-
ράτος καὶ δικυράτος* exponit. In primis autem usum hu- ius vocis biblicum nos respicere iubent bona interpretationis regulae. Et quis eodem titulo in diuersa significa- tione eundem scriptorem usum esse sibi facile persuaderi patietur? LVCAS vero tribus distinctis locis act. XXIII. 25, XXIV. 3. XXVI. 25. Felicem et Festum, qui Caesaris in Iudea procuratores erant, a Claudio Lysia, Tertullo, et Paulo apo- stolo, hocce titulo honoris compellatos esse refert. f) Ergo eandem huius tituli significationem heic merito retinendam esse censeo. Id, quod egregie confirmatur, si, quo sensu scri- ptores profani quoque hac voce vni sint, consideraueris. Fidem vero merito habemus IAC. HASAEUS g), qui Grae- cos

f) CORN. IANSENIVS quidem in libro, cui titulus: *Mars Galli-
cui*, Felicem et Festum sic ab apostolo vocatos esse existimat, vt
potius, quid esse deberent, quam, quid essent, elogii splendore
monerentur. Sed minus recte haec moneri obseruat AEGID. ME-
NAGIVS in amoenit. iuris ciu. cap. XVI. Apostolum etiam non
solum elogio illo usum esse, probe notandum. Et in tribus hisce
locis LVTHERVS quoque dignitatis notam bene expressit per
vocem germanicam *theuer/ alstertheuerst*: quam vocem etiam
HORCHIVS in nostro posuit loco: *Mein theuer Theophile*. Vide
die Mystische und Prophetische Bibel. IO. PISCATOR vero h.
verit: *Mein fürtrefflicher Theophile* et in act. apost. *Ganz fürtress-
licher/ allersfürtrefflichster*.

g) Vid. biblioth. Brem. class. IV. p. 347. vbi HASAEVS tantum Vul-
gatum interpretem a BEZAE censuris vindicat, et Vulgatum
verba *κράτιστος Θεοφίλος* latine recteque per optime *Theophile*,

cos, antequam a Romanis subiugati essent, voce *negatius*^g pro titulo viri illustris vñquam vlos esse dubitans, saeculo Augusteo et deinceps eosdem ad imitationem Romano-rum, ad quorum loquendi modos h) in rebus iuridicis ac politicis, et sic etiam in honorum titulis, voces suas accommodabant, viris longe illustribus, quos latini optimos dicebant, titulum *negatius* dedisse, erudite monet. Et notatu dignissima sunt verba ipsius: Nullibi memini hunc *titulum negatius* aliis, quam magistratibus dari Romanis in prouincias missis, aut illustribus viris ex ordine nobiliori populi Romani. Pluribus idem post GROTIUM i) et MENAGIVM k) exemplis confirmauit HEVMANNVS,

C 3

adeo

BEZAM vero minus recte per *praestantissime Theophile* reddisse contendit.

- h) Quod pluribus probat CASAVBONVS in exercit. anti-Baronian. IX. sect. 3. ab HASAEO etiam citatus.
- j) Hic in not. ad h. I. Fundanum a PLVTARCHO, Epaphroditum, quem Traiani libertum ac procuratorem esse coniicit, HEVMANNVS vero in bibl. Brem. l.c. p. 497. amicorum utriusque Neronis principem dicit, a JOSEPHO, et Diognetum a IVSTINO, *negatius* titulo insigniri obseruat.
- k) Ad hunc HASAEVS et HEVMANNVS prouocant. Et quidem in amoenit. iur. ciu. cap. XVI. CVIACIVM notat MENAGIVS memoria lapsum, quod Vlpianum a Modestino *negatius* τὴν τέχνην καὶ σοφάτερον appellari dixerit. Vlpianum quidem tribus locis a Modestino *negatius* dici probat; non autem propter artis praestantiam, aut quia vnu ex iuris Coryphaeis esset, sed quoniam inter proceres et principes viros. Atque hac occasione docet, titulum *negatius* eorum esse compellationem, qui erant, aut fuerant in dignitate constituti. Quod vt probet, praeter exempla a GROTIО adducta, Julianum Ictum consulem ab Imp. IVSTINIANO in praef. digestorum 6. 18. eodem titulo cohonestari refert. Plura in eo frustra quaesueris. HASAEVS vero addit, Hieronem quoque vocari *negatius* a GALENO in libro de methodo medendi ipsi inscripto. Opp. tom. IV. p. 39.

D) adeo, ut de illo amplius dubitandi locus non superfit. Sic etiam Syrus vocem *κατίστη* hoc quoque commate eodem, quo in actis, translatis nomine, quod victoriosum denotat, et viris summa in dignitate constitutis proprium est. Sed est, quod a C A M E R O N E, W O L F I O, aliasque offici iam commemorauit LVCAS sane, inquit, in historiae apostolicae initio elogium hoc non omisssurus fuisse, si in historiae euangelicae dedicatione titulus honoris fuisse. Hoc autem dubium optime dilata cel. H E V M A N N V S m), docens, ex omissione tituli illius S A N C T I V M forte conclusisse, Theophilum post suscepta christianorum sacra se munere suo abdicasse; eadem de causa A V G V S T I V M fortasse suspicatum esse, Theophilum in actis apostolicis memoratum, alium fuisse ab eo, cui euangelium inscriptum: ex stylo tamen illius aetatis omnem facile tolli posse dubitationem, cum id moris fuerit eo tempore, summos in republica viros vel solo suo nomine appellare; idque sexcentis probari posse exemplis; quin et ex ipso L V C A, qui regem Agrippam a Festo et Paulo pro illius aeu simplicitate sine honoris praefamine appellatum fuisse: Αγρίππα βασιλεύ, memoriae prodidit. Atque hanc H E V M A N N I responzionem, nomine ipsius non expresso, alio loco n) ven. W O L F I V S ipsem et adducit, et approbat.

§. X.

- 1) Hic l. c. p. 496. senatum ciuitatis Thyatirae in vetusta inscriptione Graeca, Licinnium (vel Lecanium) Bassum confulem a DIOSCORIDE (conf. IO. ALB. FABRICII bibl. Graec. lib. IV. c. 3. p. 90.) Castrum Maximum, virum illusorem ab ARTEMIDORO, Varinum a DIONE CHRYSOSTOMO, quin et Imp. Julianum a CYRILLO Alexandrino, et Tiberium in epistola Pilati subditia τὰ κατίστη titulo compellari ostendit.
- m) In bibl. Breui. l. c. p. 499. sq.
- n) In curia philol. ad act. cap. I. p. 1002.

Atque hoc pacto facis euictum confirmatumque esse
putamus, Theophilum hunc, cui euangelium L V C A E
inscriptum, virum quendam, eumque non infimae sortis
aut conditionis hominem, sed, quod ex titulo κεατις, sum-
mae dignitatis personis tribui solito, demonstratum est, vi-
rum amplissimum fuisse, et omni procul dubio grauissimo
fungentem officio, summaeque potestati proximo. Quale
vero officium ipsi demandatum fuerit, et vbinam genitum
vixerit, si luculentis nondum testimonis extra omnem du-
bitationem positum esse affirmauerim, o) nemo facile id
mihi vertet vitio. Certi enim aliquid THEOPHYLA-
C T V S affirmare auctus non est, qui Theophilum nostrum
συγχρητικὸν ἄνδρα καὶ αἰχούτα ἰως, virum senatorum, ac for-
tasse magistratum gerentem appellat, addita ratione hac,
quod titulus κεατις επὶ τῶν αἰχούτων καὶ ηγεμόνων, de princi-
pibus et praefidibus usurpetur. Evidem in antiqua histo-
ria vari leguntur Theophili, et viri magni nominis in hac
vel illa gente Theophilum nostrum sese inuenisse sibi visi-
funt. Theophili ciuisdam, a iudicio Athenienium Areo-
pagitico damnati, mentionem iniicit TACITVS, p) et eun-
dem

o) HEIDEGGERI idem affirmantis verba supra iam attuli. LIGHT-
FOOTVS in hor. talm. ad verba κεατις Θέφιλε: Coniectu-
ra, inquit, una est Antiochenus, alia Romanus, nulla certum,
quis et cuias. Opp. vol. II. f. 486. Idem fatetur cel. HEVMAN-
NVS, qui Theophilum fuisse virum in eminenti dignitatis gra-
du positum, sive virum consularem, sive praesidem provinciae,
sive magistratum alium fuisse affirmat, additique: ubi autem is
vixerit, non est unde ostendamus. in bibl. Brein. I. c. p. 500. Ex
quo simul constat, quid de asserto A M E L I I sit indicandum,
Theophilum hunc appellantis einen hochangesehenen Staats-Mini-
stern und Ober-Präsidenten, in dedicat explicat. obscuriorum di-
ctorum V. T. P. I.
p) In annalibus lib. II. c. 52.

dem hunc esse, cui LVCAS euangelium suum dedicauerit, suspicatur ALEX. MORVS. q) Sed quamvis temporis rationem conjecturae huic non repugnare concedat TENZELIVS; r) pluribus tamen eam confutauit argumentis. Et IAC. HASAEVS iam bene monuit, s) Taciti Theophilum tanquam hominem obscurissimum listi, cum LVCAS Theophilum suum titulo *xeratis*, tanquam virum illustrem, compellet. Hinc etiam HEVMANN O) hac sententia nihil videtur audacius, cum praeter nomen ne leuissima quidem ratio subfit, quae suspicioni MORI patrocinetur. Sic etiam LIGHTFOOTVS v) Theophilum quandam inter Iudeos ipsissimis ipsis temporibus, ut probabile, quibus LVCAS scripsit, vixisse, JOSEPHI testimonio x) probat; at minime, inquit, opinamur, eum fuisse hunc nostrum. De quo tamen prolixius nobis in sequentibus disputandum erit. Alium Theophilum ecclesia Antiochena habuit episcopum, cuius etiam libri ad AVTOLYCVM superflunt, a s. ven. IO. CHRISTOPH. WOLFIO denuo recogniti, notisque instructi. y) Et huic Theophilo LVCAM euangelium suum inscripsisse, non quidem NICEPHORVS, z) ISI-

DORVS

-
- q) In not. ad Luc. I.
 r) In miscell. eccl. P. I. diff. V. §. 35.
 s) Histoire critique de la republique des lettres T. XII. p. 52. Conf. bibl. Brém. claff. IV. p. 1053. sq.
 t) l. c. p. 489.
 v) In hor. talm. in Luc. Opp. tom. II. f. 486.
 x) Ex antiquit. Ind. libr. XX. c. 8.
 y) Prodierunt Hamburgi 1724. 8. Conf. acta erud. lat. eiusdem anni p. 56. HEVMANNI Poecil. tom. I. lib. IV. p. 550. et biblioth. Lubec. vol. 2. p. 217.
 z) Auctorem hunc fabulae illius esse arbitrantur STOLTZIVS, TENZELIVS, WALCHIVS, et alii, citantes historiac eius eccl. libr. III. c. 25. et libr. IV. c. 9. Sed hunc errorem NICEPHORO, insigni aliquoquin fabulatori, impingi non posse, ostendit b. SCHMIDIVS in dissert. mox citanda. Cui adspicitur ven. IO. ALB. FABRICIVS in bibl. gr. l. V. c. I. p. 94.

DORVS tamen HISPALENSIS, a) GVIL. TYRIVS,
 b) IAC. de VITRIACO, c) NIC. LYRANVS, d) FLAVIVS
 BLONDVS, e) GOLDWVRM, f) CHRISTIAN. LVPVS, g)
 a viro immortalis memoriæ iο. ANDR. SCHMIDIO, h)
 et postea a viro de re literaria insigniter adhuc merente, ven.
 iο. ALB. FABRICIO i) citati, aliquie asseuerare non dubita-
 runt. Sed male illos Theophilum LVCAE, cum Theo-
 philo episcopo Antiocheno confundere notauit FABRI-
 CIVS, et pluribus probatum dedit b. SCHMIDIVS, qui po-
 tissimum ex temporum ratione fabulam hanc manifestae
 falsitatis conuinci posse ostendit. k) Quamquam ergo in
 re incerta certi aliiquid definiri non queat, et GROTI senten-
 tia, qui THEOPHILVM hunc in aliqua Achaiæ vrbi-
 um magistratu functum, et a LVCA baptizatum arbitratur,
 nullis confirmata sit rationibus: operaे tamen pretium
 non fore nullum confido, si ea, quæ nuper de THEOPHILO
 disputata sunt, paulo accuratius ad amissim reuocaueri-
 mus.

§. XI.

Et primo quidem loco referam THEOD. HASAEI, VI-
 ri in historia sacra, et omnis generis elegantioribus literis
 versatissimi, conjecturam, qui sententiam, a LIGHTFOOTO
 simpliciter rejectam, l) variis coloribus ornare, et Theo-
 philum nostrum Iudaeum, Iudeorumque sumnum sacer-
 dotem

D

dotem

a) Lib. VI. orig. c. I. p. 126.

b) Historiae belli sacri I. IV. c. 9.

c) In hist. Hierofolym. c. 32.

d) ad act. I. 1.

e) Hist. Roman. dec. II. lib. 5.

f) In martyrol. ad d. 3. Nov.

g) Ad Tertullian. de praescription. p. 212.

h) In histor. saec. II. fabulis variorum maculata p. 44. sqq.

i) I. c. p. 95.

k) Hoc argumento etiam vitetur THOM. ITTIGIVS in hist. eccl.
saec. I. p. 477.

l) vide §. praeced.

dotem fuisse, probare aggressus est. m) Cum enim tres
 huius nominis viros illustres a IOSEPHO commemorari
 inuenisset, primum patrem Matthiae, ab Herode M. ad
 pontificis dignitatem euectum; n) alterum Ananis sive
 Hannae filium, Caiphæ affinem; o) et tertium pa-
 trem Matthiae, ab Agrippa in summo pontificatu Iesu
 Gamalielis filio surrogati: p) alterum Theophilum, Ana-
 nis q) filium, et tertium Matthiae patrem, vnum eun-
 demque esse, nec affirmare, nec negare ausus est: alterum
 tamen Theophilum eundem esse suspicatus est, ad
 quem LVCA scripta sua ablegavit. Atque hanc suspicio-
 nem suam probaturus, vrget, pontificem hunc dictum fu-
 isse Theophilum: titulum τὸν κατίστου summo sacrorum in-
 ter Iudeos praefecto iure meritoque conuenire: Theo-
 philum hunc imperante Claudio pontificatum adeptum
 esse, eodemque tempore, anno scil. post Christi mortem
 XV. LVCAM euangelium suum ex vulgari opinione con-
 scripsisse; vel minimum Theophilum annum, quo scri-
 ptum sit euangelium LVCAE, attingere potuisse: vtrum-
 que, et Theophilum, summum Iudeorum sacerdotem, et
 LVCAM eodem in loco fuisse; et LVCAM quidem euangeli-
 um suum in vrbe sancta, vel saltem in eius vicinia scri-
 psisse, ex documentis genealogiae Christi cap. III. allatis col-
 ligi posse: in illa vrbe vel regione optimum LVCAE sup-
 pedi-

m) In scilicetimento ad HEVMANNI dissert. de THEOPHILo
 biblioth. Brem. l. c. p. 506.

n) IOSEPHI antiqu. Iud. l. XVII. c. IV. §. 2. edit. HAVERCAMP.
 fol. 835. o) l. XVIII. c. 7. vel edit. cit. cap. V. §. 3. fol. 884.

p) lib. XX. c. 8. §. 17. vel edit. cit. c. 9. §. 7. f. 978.

q) Ananem hunc IOSEPHVS eo nomine felicem praedicat, quod
 quinque eius filii, Eleazar, Ionathan, Theophilus, Matthias,
 Anas, ad pontificatum euecti fuerint, lib. XX. c. 8. vel edit. cit. c.
 IX. §. 1. fol. 975. Conf. HADR. RELANDI antiqu. Hebraeor. sacr.
 P. II. c. 2. p. 147. edit. Lips.

peditari potuisse occasionem scribendi euangelium, idque
 Theophilo offerendi: et denique, pleraque, quae LVCA S
 solus descripsit, vel sacerdotes, vel res in templo gestas re-
 spicere. Verum, quod pace viri literatissimi monere liceat,
 tantum roboris omnibus hisce argumentis non ineffe vide-
 tur, ut animum ad hanc coniecturam amplectendam com-
 mouere possint. A paritate nominis firmum non duci posse
 argumentum, ipsomet facile largietur. Non vero facile
 probatum dabit, pontificem Iudeorum, licet summae in-
 ter suos fuerit dignitatis, ^{r̄ 8 neptis 58} titulo vnquam insigni-
 tum esse, quippe quem ciuili magistratui, et quidem non
 nisi Romano, vindicatum esse, ex ipsis fratre accepimus.
 Et si concederim, Theophilum istum coaetaneum fuisse
 LVCA E, nondum tamen euictum est, alium eiusdem no-
 minis virum non extitisse inter gentiles, cui scripta LVCA E
 dicari potuerint. Nec ex genealogia Christi firmiter satis
 colligi potest, euangelium LVCA E Hierosolymis esse con-
 signatum, cum documenta, ex quibus ea desumpta, tunc tem-
 poris notissima, et omni procul dubio saepius descripta,
 atque in longe dissitas regiones delata fuerint. Et si hoc
 quoque concederetur, minus tamen probabile videtur, LV-
 CAM euangeliū suum dicasse Iudeorum pontifici, qui res
 Hierosolymis, maxime in synedrio, sacerdotumque, et Pha-
 risaeorum conciliis, nec non in templo gestas, penitus
 cognitas habere potuit, quam quidem alias quispiam,
 nec historica indiguit relatione: qui Iesum pro se-
 ductore habuit, et Christum crucifixum summo pro-
 fectus est odio, tantum abest, ut doctrina christiana
 imbuī se passus fuisset: qui pontificati per breue temporis
 spatiū praefuit, ab Agrippa statim post mortem Caii a
 pontificatu remotus: r) qui denique ne inter suos quidem
 probitatis laudem consecutus videtur. Et quid? num per-
 suaderi sibi quis pateretur, LVCA M actus apostolorum

r) vide JOSEPHI antiqu. Iud. lib. XIX. c. VI. §. 2. f. 945.

Romae, quod **BVRMANNVS** et alii statuunt, conscriptos, Iudeorum nuncupasse pontifici? Nonne in Syria, vel alia quadam regione commoda satis et sotica caussa atque occasio enasci potuit **LVCAE**, euangelium scribendi et offerendi **THEOPHILO**? Denique ex IV. euangeliis, inter se collatis, hoc euidenter satis probari potest, non ea omnia, quae a **I. V C A** solo memoriae prodita sunt, ad sacerdotes et res in templo gestas spectare. Conferantur tantum modo, quae a capitulis IX. 51. vsque ad cap. XVII. consignata leguntur. Sed non est, cur hinc diutius immoremur, cum ex dictis iam abunde appareat, in id tantum annisum esse virum eruditissimum, vt, quibus argumentis coniectura haec commendari queat, exponeret.

§. XII.

Hinc quoque eam deseruit frater ipsius, **IAC. HASAEVS**, quamvis aliqua ex parte eandem stabilitum ire voluerit. Theophilum enim nostrum, non pontificem Iudeorum Hierosolymitanum, sed magnae dignitatis virum fuisse in vrbe Aegyptiorum, Alexandria, origine tamen gentis Iudeum, singulari studio probare aggressus est. ^{s)} At enim vero Theophilum Iudeum fuisse, ipsi ne in mentem quidem venisse crediderim, nisi fratris coniecturae aliqua ratione applaudendum esse sibi duxerit. Fraterno ergo ductus amore conquisiuit omnia, quibus Theophilum Iudaicæ genti annumerandum esse fortius adstrui posse visum fuit. Argumenta ipsius fortiora si desideraueris, primum ab hac ratione delatum esse scias, quod prima aetate apostoli Christique ministri Iudeorum magis rationem habuerint, quam quidem gentilium, multoque facilius fuerit, Iudeos, quam gentes ad Christi sacra perducere. Alterum **LIGHTFOOTI** nititur sententia,

^{s)} In bibl. Bremens. class. IV. p. 1048. sqq.

tia, t) a IAC. RHENFERDIO, v) et 10. BRAVNIO x)
 adoptata, omnes libros N. T. non modo a Iudeis scriptos esse,
 atque inter, verum et AD Iudeos, omnesque orationes in eo
 habitas a Iudeis pariter atque AD, et apud Iudeos. Tertium
 innumera Iudeorum multitudo subministrat argumentum,
 vti vniuersum Aegyptum, ita maxime principem eius urbem,
 Alexandriam incolentium, summisque ibi perfruentium
 priuilegiis. Et tandem nomen Theophili inter Iudeos haud
 incognitum fuisse, denuo vrgetur, quippe quos Graecorum
 Romanorumque nomina usurpare, et Hebraica quoque no-
 mina in eiusdem notionis Graeca frequentissime commu-
 tassem, dubium non est. Sed vltimum hoc argumentum in
 praecedentibus iam dilutum est, nec ex Iudeorum Alexan-
 drinorum copia, pro Theophilo nostro Iudeis vindicando,
 fortiores conscribi possunt milites. Qualis enim haec est
 consequentia? Magna Iudeorum fuit Alexandriae in Ae-
 gypto copia: Alexandriae vixit Theophilus, cui LVCA S
 euangelium suum inscripsit, teste lexicographo SYRO BAR
 BAHLVL, cuius testimonium in sequentibus adducetur.
 Ergo Theophilus LVCA E fuit Iudeus. Nonne fortius
 ita argumentari liceret: Alexandriae maior fuit gentilium
 numerus: ergo Theophilus fuit gentilis? Sed primum et
 secundum argumentum hanc consequiam infringere vi-
 dentur, nec illa rem omnem confidere diffiterer, si firmo
 satis superstructa essent fundamento. Etenim si apo-
 stoli Iudeorum magis rationem habuissent, quam qui-
 dem gentilium: quin immo, si omnes libri N. T. ad
 Iudeos scripti, omnesque in eo orationes ad Iudeos habi-

D 3

tae

-
- t) In praefat. ad hor. hebr. in Matth. prolata. Opp. vol II. f. 245.
 - v) In diff. prima de decem otiosis synag. c. I. §.2.
 - x) In select. sacr. lib. I. in quo omnes s̄ere apostolorum epistolas
 missas quidem ad gentes esse, maxime vero et potissimum, ad
 Iudeos ἐν τῇ διασπορᾷ commorantes, ipso IAC. HASAEO
 teste, passim obseruat.

tae essent: quis Theophilum, cui LVCAS vtrunque scriptum suum nuncupauit, Iudeum fuisse in dubium vocaret? Apostolos cum sumimus magister primum ita instrueret: y) Εἰς δὲν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, πορεύεσθε μᾶλλον πρὸς τὰ περιβάτα τὰ ἀπολαλότα τῷ ὑπερίσχει; Iudeorum illis magis rationem habendam fuisse docemur, quam quidem gentilium. In viiuersum quoque orbem missi a Domino, iussique πάντα τὰ ἐθνά μαθητεύειν, z) id est, omnes et singulos, cuiuscunque sine gentis, vera fidei in Christum notitia imbuere, verboque obsequentes sine ullo discrimine, in discipulorum Christi numerum suscipere; primum quidem omnibus in locis euangelium praedicarunt Iudeis. τούν, inquit PAVLVS, a) ἦν ἀναγκαῖον περῶτον λαλῆσθαι τοῦ λογού τῷ Θεῷ. Sed maiorem diuus PAVLVS, iussu quoque ipsius Domini, gentilium postea habuit rationem, quam quidem Iudeorum, ita pergens: ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ ὅντις ἀξίους κηνεῖτε ἑαυτούς, της αἰνιγλῶν, οἶδον, τρεφόμεθα εἰς τὰ ἐθνά. Et gentes etiam nonnunquam faciliori negotio ad fidem in Christum perduci potuisse, quam quidem Iudeos, qui primi doctrinae christianaee persecutores extiterunt, ex hac ipsa LVCÆ relatione euidentissime comprobari potest. Nec prolixa opus est demonstratione neganti, omnes libros N. T. ad Iudeos esse scriptos, omnesque orationes in eo habitas ad Iudeos. Acta apostolorum a LVCÆ nostro consignata si quis tantum perlustrauerit, orationes inueniet habitas ad Samaritanos, (VIII.5.) ad Eunuchum, (v. 35.) ad Cornelium centurionem, (X. 34. sqq.) ad idololatras Lystrenses, (XIV. 7.) Athenienses, (XVII. 22. sqq.) multosque alios. Et cap. XXIIX. 28. PAVLVS Iudeis Romae annunciat, gentilium non minus, quam Iudaeorum habendam esse rationem. Gentium quoque sese docto-

y) Matth. X. 5. 6.

z) Act. XIII. 46.

2) Matth. XXVIII. 19.

doctorēm appellat, atque τὸ ἐναγγέλιον τῆς ἀκροβυτλᾶς fibi demandatum esse, saepius affirmat, b) nullo amplius habito discrimine Iudeos inter et gentiles. c) Ut taceam, multos, quos apostolus in epistolarum suarum epilogis salvare iubet, origine gentiles fuisse. Maxime ergo verisimile est, LVCAM, comitem et discipulum PAVLI, gentili quoque suum inscripsisse euangelium. Et sane Theophilum origine non solum gentilem fuisse, sed et inter gentiles amplissimo quodam munere functum, titulum τὸ ηγετικόν, Romanorum magistratui, virisque illustribus populi Romani proprium, luculenter satis probare, ipsius IAC, HASAEI verbis supra annotauimus. Fortissimo autem huic argumento, quod ipsemet suppeditauerat, ruris eludendo, vnicam hanc obseruationem aptam esse creditit, d) quod scilicet Iudei, per totum orbem dispersi, Romanorum concessione proprios, vti Damasci, Antiochiae, Constantiopolis, ita et Alexandriae aliquique locis in Aegypto habuisse magistratus, Graecis ἐθνάρχας vel ἡγεμόνας, Iudeis vero חננחים ורבים dictos. Potuit proinde, ex coniectura IAC. HASAEI, et Theophilus noster Alexandrinus negotiis illic gentis suae geffisse magistratum, summaque eminuisse dignitate Arabarchatus, saltem ad nobilissimam horum Arabarcharum pertinuisse familiam, qui nobilitate, opibus, potentia, dignitatibus, nulli nobiliorum gentilium postponendi erant. Sed potuisse Theophilum quandam Iudeum etiam inter gentiles gentis suae geffisse magistratum, et summa inter suos eminuisse dignitate, facile concedimus; non autem tam facile probari posse credimus, titulum Romanorum magistratui proprium, Iudeorum quoque concessum esse gubernatoribus aut magnatibus. Atque hanc obseruationem argumento huic eludendo non parem esse, haud obscure prodit, dum postea ad veterum

He-

b) Conf. Gal. II. 7. 9.

c) Conf. Rom. X. 12. Gal. III. 28.

d) In bibl. Bremens. l. saepius citato p. 1075.

Hebraeorum iura consurgit, ex iis titulum τὰ κεατίς illūstraturus. Seniores enim synagogae Iudaicae, qui septem numero erant, cum τοῦ appellati fuerint; τὸ vero non solum ἄγαθὸν, sed et κεστρον, atque κεάτιον denotet: in hanc abit sententiam, titulum κεατίου nihil aliud esse, quam τὸ Hebraeorum, et Theophilum hunc inter septem ciuitatis Alexandrinae bonos, siue seniores, numerari posse. Verum tituli κεατίς rationem inde non petendam esse, ex tribus actorum apostolicorum locis, in quibus idem adhuc titulus, tam certum nobis videtur, quam quod certissimum.

§. XIII.

Ponderatis hisce argumentis non dubitamus, Theophilum nostrum origine fuisse gentilem, et summae inter Romanos dignitatis virum. Vtrum vero nobilis, senatorque Antiochenus in Syria; an praefectus Alexandrinus in Aegypto fuerit, definiri non potest. Priorem sententiam qui amplectuntur, Pseudo-CLEMENTIS innituntur testimonio, e) qui Antiochiae Theophilum, virum cunctis potentibus in ciuitate sublimiorem, iuxta cum aliis plurimis ad fidem in Christum perductum, domus suae ingentem basilicam ecclesiae nomine consecrassae, in eaque Petro apostolo constitutam esse ab omni populo cathedralm, memoriae prodidit. Atque haec relatio a IAC. de VITRACO, f) MARINO SANVTO, dicto TORSELLO, g) WILHELMO h) archiepiscopo Tyrensi, et aliis repetita, non prouersus

e) In recognitionibus l. X. c. 71.

f) In hist. Hierosol. c. 32.

g) In libr. secret. fidel. lib. III.

h) In historia belli faci l. IV. c. 9. TORSELLI et WILHELMI verba leguntur in bibl. Bremens. cl. IV. p. 1051. vbi THEOD. HASAEVS ex Torsello obseruat, Theophilum hunc Antiochiae nomen dedisse, ut prius a profano rege Antiochia, sic & sancto praefide THEOPHILIS vocaretur. Ex WILHELMO autem

prorsus reiicienda videtur **BARONIO, SANCTIO, LIGHTFOOTO, CAVEO**, i) aliisque, hac potissimum de causa, quia **LVCAS** eiusdem ciuitatis fuisse, et ciuium suorum nobilissimo historiam sacram prae reliquis inscribere debuisse creditur. Huic tamen relationi **HEVMANNVS k)** et **HASEAEVS l)** omnem fidem ideo denegant, quia historia falsi **CLEMENTIS** innumeris inquinata est fabulis. Ad posteriorem sententiam confirmandam lexicographi cuiusdam **Syri** adducitur testimonium, qui, citante **EDMVNDO CASTELLO m)**: **Theophilus**, inquit, **primus credentium, et celeberrimus apud Alexandrienses, qui cum aliis Aegyptiis sanctum LVCAM rogarunt, ut eis scriberet euangelium.** Huius quoque testimonium reiicit **HEVMANNVS n)** ideo, quod plane non constet, quis, quaque fide dignus sit ille lexicographus. Sed **IAC. HASEAEVS, o)** **Syri** illius stans auctoritate, regerit: **Nescimus, fateor, qua aetate sit hic lexicographus.** Tamen eum **Lexicographum esse, meminisse oportet, hoc est, ex eorum genere hominum, qui sua ex veterum scriptis, aetatem eorum longe antecedentium, vnde corradunt.** Idem quoque probandum sibi sumit, **LVCAM** non solum Alexandriae fuisse, sed et euangelium suum in Aegypto composuisse, compositumque ad illustrem Aegyptium misse. Et posteriori sententiae maiorem habere fidem videtur ven. **IO. ALB. FABRICIVS, p)** in cuius sententia acquiesco, **Theophilum nostrum nobilem vel Alexandrinum, vel Antiochenum fuisse.**

§. XIV.

Gentilem ergo summaeque inter gentiles dignitatis virum fuisse **Theophilum**, commonstrantibus nobis iam dispiciendum est, vtrum superstitionis idololatricae tenebris adhuc immeritus, an vero ad salutarem Christi cognitionem iam perductus fuerit, eo, quo **LVCAS** historiam sacram illi inscripsit, tempore. Posterioris ab omnibus affirmatum fuit interpretibus, nec in omnibus abhinc saeculis quenquam a recepta hac sententia abire memini. Sed fatis perspicue ex hoc ipso LVCAE

E

locus

i) locis iam supra citatis. k) l. c. p. 490. l) l. c. p. 1068.

m) in lex. heptagl. p. 3859. n) l. c. p. 491.

o) l. c. p. 1052. et 1069. p) in bibl. gr. l. c.

toco deduci posse vistum est cel. HEVMANNO, Theophilum adhuc
 fuisse ethnicum. Sacris enim gentilium addictum ante suscepitos ho-
 nores, christianum postea factum esse, triplici de causa non temere
 credendum arbitratur: primo, quia per se difficillimum est, ex auitat
 religionis tenebris in lucem veritatis emergere: deinde, quia nobiles
 diuites de veritate religionis minus philosophari, et maiorum
 placita fecurunt refinere, ac fortiter propagnare solent: et denique
 quia Theophilus, si vel maxime sensisset secum, religionem chri-
 stianorum esse religionem vere diuinam, tamen non palam
 videtur discessurus fuisse a patro deorum cultu, cum professio re-
 ligionis christianaes esset coniuncta cum praesentissimo periculo, vitam
 pariter cum dignitate amittendi. Theophilum ergo vere Θεόφιλος
 fuisse, iterum iterumque negat, nisi id perspicuo ostendatur argumen-
 to. Tale autem nullo pacto proferri posse, ex eo colligit, quod LV-
 CAS, qui solus Theophilii huius mentionem facit, neque eum chri-
 stianum nominet, neque gratiam diuinam illi apparetur. Cumque
 vir doctissimus facile praeuiderit, ex versu 4. eam, quam confiden-
 ter satis affirmavit, sententiam impugnatum iri; τὸ κατηχεῖσθαι se-
 quente particula περὶ generaliori sensu nihil aliud significare, quam
 fama aliquid cognoscere, vel auribus percipere, probaturus, act. XXII.
 21. et 24. adducit. Tandem ne quis verisimilius existimet, LVCAM
 homini christiano historiam inscripsisse sacram, alios quoque priuae ec-
 clesiae doctores magistratu ethnico suis de religione christiana com-
 mentarios dedicasse monet. Verum non aegre feret vir eruditissi-
 mus, si, quid ad haec argumenta responderi queat, paucis indicauero.
 Transitus Theophili a paganismo ad religionem christianam, vi non
 temere credendum, ita nec temere negandum esse duxerim. Licet
 enim hominis erroribus innutriti conuersio difficillima, immo ἐνδιάδ-
 ῥοις ponenda sit, quamdiu is viribus gratiae est desintus; nonne tamen
 tanta ineſt verbo euangeli virtus, ut hominem, ait tenebris a pue-
 ro immersum, ad veritatem lucem euehere queat? Sunt opes, hono-
 resque impedimenta verae religionis quaerendae, et amplectendae,
 adeo, ut pauci tantum diuites, pauci nobiles in Christum credant: num
 ergo nullus eorum verae cognitionis et salutis particeps factus est?
 Contrarium sane probant exempla nobilium christianorum e sacra hi-
 storia a THEOD. HASAEO p) collecta, quae Theophilum, et sim-
 mis fulgere honoribus, et christianam amplecti potuisse doctrinam,
 confirmant. Eadem quoque exempla probant, non obstante pericu-
 lo, vitam pariter cum dignitate bonisque omnibus amittendi, pluri-
 mos

p) In bibl. Brein. l. c. p. 526. sqq.

35 (26)

mos religionem christianam intrepide esse proferos, et a suis vel tolleratos, vel martyrio coronatos. Nullone autem pacto argumentum afferri potest perspicuum, quo Theophilus vere sistatur Θεόφιλος? Ex phraesi κατηχέισθαι περὶ τῶν λόγων non sequi, Theophilum christianorum sacris imbutum fuisse, THEOD. HASAEVS q) quidem largitur: rectius tamen sentit frater ipsius IAC. HASAEVS, r) qui verbum κατηχέισθαι non modo de *auditione*, verum et de *instructio-*
ne accipi solere, et Theophilum in doctrinae christianae praeceptis in-
stitutisque imbibendis LVCAE fuisse discipulum condocet. Et quam-
quam Theophilum euangelio Iesu Christi plene fidem habuisse, hoc
est, christianum fuisse plenae assensionis, afferere nolit: attamen
εἰ μάρκος ἀπὸ τῆς βασιλείας τῷ Θεῷ, (Marc. XII.21.) atque εἰν ὁλήν
χειρισάνων, (Act. XXVI. 28.) fuisse, et rerum, e sermonibus LVCAE
perceptarum, αὐτοφάλειαν ex ipsius scriptis accepisse, iisque fidem ad-
iunxitur affirmat. Mibi quidem dubium non est, quin Theophilus
christianorum sacris iam initiatus fuerit, cum LVCAS euangelium
suum ipsi inscriberet. Id quod in altera tractationis nostrae parte plu-
ribus demonstrandum erit, in qua commatis quarti sensum, et quid
verbum κατηχέισθαι hoc loco significet, scrutaturi sumus. Et ne
quid dissimilem, vel solo hoc argumento Theophilum christianis sese
associasse, probari posse mihi videtur, quia LVCAS euangelium suum
actusque apostolorum ipsi dedicavit. Ex aliorum enim presae ecclie
doctorum exemplis, qui libros apologeticos ad ethnicorum prin-
cipes magnatesque scripsierunt, non colligi potest, idem LVCAE fu-
isse institutum. Nam ut silentio praetermittant, aliam esse libri histo-
rici, aliam vero elencetici, vel apologetici stricte sic dicti, rationem; sco-
pum modo consideremus, quem LVCAS sibi praefixum habuit, dum
euangelium suum Theophilo nuncupavit.

§. XV.

Evidem ad quaestionem, qua de causa LVCAS Theophilo
euangelium dedicauerit, pro sua quisque opinione respondet. Qui
Theophilum de ecclesia Antiochenâ optime meritum fuisse credunt,
in obseruantiae testimonium LVCAM quoque euangelium suum in-
scripsisse Theophilo, et iure quoddam inscribere debuisse contendunt.
CHRYSOSTOMVS s) dicto seruitoris Matth. XVIII. 14. LVCAM
tnorem gesisse scribit. Syri lexicographi testimonio qui innituntur,
precibus Theophili aliorumque Aegyptiorum LVCAM reliquissime lo-
cum opinantur. Alii id fuisse LVCAE consilio autant, vi euange-
lium suum Theophilo viro illustri inscriptum, inuidiae ac periculi mi-
nus


nus, plus autem haberet gratiae. Quam quidem mentem a scriptore Θεοφίλῳ alienam esse censeo. Propius veritati accedit eorum sententia, qui hac lege Theophilo euangelium suum inscripsisse LVCAM afferunt, ut fidelem curam illius susciperet, et apud se depositum bona fide ad posteros transmitteret. t) THOM. CARTWRIGHTVS u) vtrumque libellum suum LVCAM Theophilo, viro cum pietate, tum nobilitate claro, ideo inscripsisse docet, ut cum illum in pietatis studio magis magisque accenderet, tum alios ad consimilis virtutis acumulationem excitaret, dum illum hac nuncupatione, ob virtutis et pietatis amorem, nobilitatum viderent. Historiam vero Christi et apostolorum Theophilo, quem ethnicum fuisse magistratum credit, tanquam apologiam christiana religionis a LVCA traditam esse, suspicatur HEV-MANNVS, x) qui hanc apologiam non solum omnium primam, sed etiam omnium optimam ac sapientissimam dicit. Verum sicut euangelium LVCAE apologiam sanctissimae fidei nostrae appellari posse, FR. BVRMANNVS iam obseruauit: y) sic MATTHAEVM quoque non simpliciter historiam, sed historiam apologeticam edidisse, SAL-van TIL z) affirmat. Et quidni reliquos euangelistas, MARCVM, et in primis IOANNEM, apologias eadem ratione adornasse, affirmare liceret? Facta enim et sermones Christi dum simpliciter enarrarunt, omnes omnium infidelium calumnias quam maxime diluerunt. Sed exinde simul appareat, specialiori de causa euangelium LVCAE apologiam pro christiana religione, eamque omnium primam, appellari non posse. Omnium ergo optima mihi quidem videtur sententia, que finem potissimum respicere iubet, ab ipso LVCA indicatum, v. 4. quippe in quo commate eo se se confilio euangelium conscripsisse tradit, ut Theophilus, sermonibus LVCAE iam eruditus, scripta historia euangelica certior redderetur, et in fide confirmaretur. Id quod in ipsa textus euangelici expositione accuratius mihi perpetendum, ac demonstrandum veniet.

§. XVI.

Cum vero prioris, quam constitui, partis tractatio, variis, iisque haud prorsus inutilibus quaestionibus attenuate tantum delibatis, iam praeter opinionem acreuerit, alteram partem in peculiari dissertacione, fauente numinis gratia, propediem absoluam. DEVS, qui parteno nos complectitur amore, ardentissimum sui diuinarumque literarum amorem in nobis accendat, omnesque Christum ore profitentes, cuiuscunque fint gentis atque conditionis, reddat

ΘΕΟΦΙΛΟΤΕ ΦΙΛΟΓΡΑΦΟΤΣ.

t) Conf. RVP. ERYTHROPILI cat, aur. in harm. p. 4. b. v) In harm. euang. p. 4.
x) l. c. p. 504. y) In harm. euang. p. 620, citante et approbante THEOD.
HAΣEO in bibl. Brem, l. c. p. 524. z) In opere analyt., t. II. p. 477.



99 A 6918

ULB Halle
002 824 876

3



56.

VDI7

-Roko

III-67.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

DISSESSATIO EXEGETICA
PRIOR
DE
DEDICATIONE
EVANGELII S. LVCAE
CAP. I. 1-4.

QVAM
PRAESIDE
CHRISTIANO MVNDENIO
S. S. THEOLOG. DOCT. EIVSDEMQUE
P.P.O.

IN IVLEO MAIORI
DIE XVII APRILIS clocXXVIII.

PUBLICAE ΣΥΖΗΤΕΙ EXPONET

AVCTOR RESPONSVRVS

IVLIVS CAROLVS SCHLAEGER

HANNOVER.
S. S. THEOL. STVD.

HELMAESTADII
TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII
ACAD. TYPOGR.